



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

335. Sabbato. de reliquis perfectionibus divinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Pentecost.

is corpo-
ptatibus
onorem,
x gaudij,
um Deus
us nobis
Dei supe-
ro, quando
Conf. 1.
esse perfi-
a subtile,
? Vento
n flare, &
si à bono
b. Apost.
iritus, id
ne, quod
is anima.
a, ait D.

perditos,
fusus est,
expecta-

est in re-
ē: Suavi-
modare
non im-
dirigere,
us

Feria 6. Domin. 23. post Pentecost. 599

ut ipse de se vindictam relinquat, iamque electas imminuat poenas, & soletur. O suave jugum Dei, quod ita operatur.

9. Deus est *Suscitator*, qui suscitatur mortuos, donec aspiret Deus. Triplex est dies (inquit S. Bernard, ferm. 72 in Cant.) *in- spirans, pro corporis vita: respirans, in sanctifi- cationis gratia: Aspirans, in resurrectionis gloria. Vivificabit nos post duos dies.*

10. **DEVS** est *Sanctissima Trinitas*: quia bonum diffusivum sui, igitur infinite bonus, infinite sui diffusivus, non productione crea- ta, quæ respectu Dei nihil est: igitur increata productione infinite perfectâ, perfectior au- tem productio est, quæ manet in producen- te, qualis est in Deo: Uno in natura, Trino in Personis. *Attenuati sunt oculi mei suspicien- tu in excelsum. Isai. 38. Adoramus te, &c.*

MEDITATIO CCCXXXV.

Sabbato Domin. 23 post Pentecost.

De reliquis perfectionibus divinis.

Videbo Deum, patriam nostram, unde ex- cidimus: Civitatem, ad quam tendimus: lectum, ad quem quietis gratiâ festinamus. Petam de corporû exilio transferri ad regio- nem spirituum, ut adhæreâ summo spiritui.

1. Deus est *Terribilis*. *Sevitia potestatem ti- meri vult: quis autem timendus, nisi unus Deus,*
cujus

600 *Sabbato Domin. 23. post Penteco st.*

eius potestati eripi, aut subtrahi, quid, quando, aut ubi, aut quò, vel à quo potest? Aug. 2. Conf. 6. Amor imperfectus parit securitatem, hæc lapsus: Itaque continendus timore: majore timore minorem contemnimus, nihil terribilius Deo! Quomodo peccatum in Angelo, in homine, in Christo punivit? Plus de malis tuis metue, quàm de imperfectis bonis exulta. Greg. 21. Moral. 26.

2. *Deus est Totum. Plus delectant omnia, quàm singula, totum quàm pars: audies sermonem, nec vis stare syllabas, sed transvolare, ut aliæ veniant, & totum audias: Deus est totum, & plusquam omnia: quia fecit omnia. Cur adhæreo creaturæ parti, & non Toti Deo?*

3. *Deus est Veritas, Credenti immortalis ad vitam, non credenti immortalis ad pœnam, ait Aug de Symb. ad Cat. c. 3. Sic amatur veritas, ut quicumque aliud amant, hoc quodammodo, velint esse veritatem: & quia falli nollunt, nollunt convinci, quòd falsi sint. Itaque propter eam rem oderunt veritatem, quam pro veritate amant: Aberrant autem à veritate, vel defectu luminis cœlestis, vel quòd eam non requirant, vel quòd caducis amoribus abripiantur. O Veritas exulum patriæ, exilij finis, vide te, sed intrare non sinor, ait S. Bernard. serm. 11. in Cant. Ut lux divina mentem subeat, mundanda est conscientia;*

ut re-

ur requiratur veritas, amāda est, amore uni-
mur amato: ut non abripiamur alijs affecti-
bus, amāda est Veritas: amor enim, ubi adest,
cæterorum omnium ad se tradueit affectus.

4. Deus est *Virgo*, ob intemeratam gene-
rationem. Sanctissima Trinitas dicitur *Re-*
gina Virginum à Nazianz. apud Cauf. de imp.
Passi. Illi copulemur, cui nupsisse Virginitas est,
ait S. Paulin. Epist. 4. Major amor imposuit
majus onus *Virginibus*, quod licebat, noluerunt.
ut plus placerent ei, cui se devoverant, ambie-
runt illam majorem pulchritudinem cordis, ait
S. Augustinus serm. 18. de Verb. Apost.

5. Deus est *Vita* Misera vita postponenda
meliori, *vita corporis anima, vita anime Deus*
ait S. Augustinus in Psalm. 70. Nemo gravius
moritur, quam qui peccato vivit, inquit S. Am-
brofius lib. de Noë cap. 10. Illi commoriamur,
in quo vita est, addit S. Paulin. Epist. 4.

7. Deus est *Vltor*, hîc, & in futuro. Miris
modis, præsertim tribus. 1. hic penuriâ,
morbo, infamiâ, subtractione lucis, immis-
sione tentationum. 2. Relinquendo homi-
nem sibi, ut abeat post vestigia gregum suo-
rum. 3. Permittēdo lapsum, atque relapsum.
Petrâ corripit à Domino correptione amariss.

8. Deus est *Vnus*, ita, ut magis unum
aliquid dari non possit; quia sicut reliqua
entitate, sic & unitate præcedit. Cui Deus por-

CC tio est,

nteco st.
quando.
2. Conf.
em, hæc
: majore
hil terri-
Angelo,
us de malis
is exulta.
t omnia,
udies ser-
nsvolare.
est coru,
nia. Cur
Deo?
ortalis ad
enam, ait
atur veri-
quoda.
falli no-
int. Itaq;
n, quam
em à veri-
vel quod
is amori-
n patria,
sinor, ait
ix divina
sciencia;
ut re-

602 *Sabbato Domin: 22 post Pentecost.*

vio est, nihil debet curare, nisi Deum, ait Ambr. lib. de fug: sac. c. 2. Hoc sit meum centrum, pondus, & Magnes, unumque necessarium. Amemus unum bonum, in quo sunt omnia bona, ait S. Augustin. lib. 2. Confess. cap. 17. Per continentiam redigimur in unum. Ait idem 10. Confess. cap. 29.

9 *Deus est Vocans. Totius vita vel recte, vel male traducenda fundamentum in electione positum, ait S. Nazianz. Orat. 23. Electio pendet a vocatione: quia, ut ait Hieronym. in cap. 1. Jonæ. Nihil Deo adversante securum: possunt enim etiam ea, qua sibi homines estimant salutaria, Deo volente verti in perniciem. Deus nos extraxit ex nihilo, creavit, abluvit, educavit, illuminavit, ad profectum adduxit, labentes reduxit, corroboravit, & quosdam aula, militiaeque suæ adscripsit, perseveranter in eadem retinuit, & plurimos usque ad felicitatem æternam induxit.*

10. *Deus est Zelans honorem suum, suorumque, & contra animas sibi minus adhaerentes zelat. Durum est amanti animum dimidiare cum Christo, & mundo, ait Gilbert in Cant. cap. 13. Oritur zelus ex amore Christi, quem, qui amat, offendi pati non potest, ait S. Bernard term. 44. in Cant. Petam imitari zelum Dei, quia pia est tristitia. & si dici potest, beata miseria vitij alienis tribulari, non implicari, ait August. epist. 145.* ML